

*Sigismund von Welsberg präsentiert NvK bzw. dessen Generalvikar in spiritualibus<sup>1)</sup> für die Pfarrkirche St. Ingenuin und Albuin in Taisten, die durch den Tod des Johannes Luchs<sup>2)</sup> vakant sei, den Priester Johannes Stadelheri<sup>3)</sup>, Kleriker der Diözese Freising.*

*Or, Perg (S. des Sigismund von Welsberg an Pergamentstreifen): Bozen, LA, Archiv Welsberg-Niederrasen, Nr. 5758 (F 116, 3).*

*Regest: J. Baur, Die Pfarrer von Taisten von 1282 – 1953, in: Der Schlern 27 (1953) 224-238, hier 226; ders., Beiträge zur Heimatkunde von Taisten. Ein Südtiroler Heimatbuch, Innsbruck 1969, 145.*

*Erw.: Trenkwalder, Seelsorgeklerus 361, 473.*

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Nicolao sacrosancte Romane ecclesie presbitero cardinali tituli sancti Petri ad vincula vulgariter nuncupato ecclesieque Brixinensis episcopo etc. aut eius in spiritualibus vicario generali, domino meo graciosissimo, Sigismundus de Welsperg reverenciam et obedienciam tam debitas quam condignas.

5 Reverendissime princeps, domine graciosissime. Ad ecclesiam parochialem sanctorum Ingenuini et Albuini v. r. paternitatis diocesis in Taisten, cuius ius presentandi personam ydoneam ad eandem iure patronatus ad me et heredes meos pertinere dinoscitur, vacantem ad presens per mortem Johannis Luchs, ultimi et immediati rectoris eiusdem, honorabilem et discretum virum dominum Johannem Stadelheri prebiterum Frisingensis diocesis tamquam habilem et ydoneum v. reverendissime paternitati 10 presentandum duxi ac presencium tenore presento, petens humilime eidem v. reverendissime paternitati, quatenus dictum dominum Johannem aut eius in hac parte procuratorem legitimum ad prefatam ecclesiam sic, ut premittitur, vacantem instituere ac de eadem, ut moris est, investire dignemini cum solemnitatibus debitibus necessariis et ad hec requisitis, in hiis michi et meis gratam facientes complacentiam. Datum in opido sancti Viti Karinthie inferioris, die quindecima mensis novembris anno domini 15 millesimo quadragesimo quinquagesimo septimo.

<sup>1)</sup> Gebhard Bulach von Rottweil, Generalvikar des NvK.

<sup>2)</sup> Johannes Luchs, Kleriker der Diözese Breslau, Chorberr zu Innichen, 1439-1457 Pfarrer in Taisten.

<sup>3)</sup> Johannes Stadelherr; s. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 473.